

et replete terram, subditur: Et⁶⁵ terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terre. Homo⁶⁶ quippe animalibus irrationabilibus, non autem ceteris hominibus natura prelatus est. Idcirco ei dicitur, ut ab animalibus et non ab homine timeatur, quia contra naturam superbire est ab equali velle timeri. Sed aliquando / 106^v / necesse⁶⁷ est, ut rectores ecclesie a subditis timeantur, cum ab eisdem Deum 5 minime timeri deprehendunt; ut humana saltem formidine peccare metuant, qui divina iudicia non pertimescunt. Nequaquam prepositi ex subiectorum timore superbiant, in quo non suam^a gloriam, sed subditorum iustitiam querunt. In eo autem, quod metum sibi a perverse viventibus exigunt, quasi non hominibus, 10 sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidine iacere^b substrati^b. Facies⁶⁸ sancte ecclesie sunt hi, qui in locis regiminum positi apparent primi, ut ex eorum specie^c honor sit fidelis populi, etiam si quid in corpore latet deforme. Qui nimirum prelati^d plebibus plangunt culpas infirmantium seque sic de alienis lapsis acsi de propriis affligunt. Ille⁶⁹ 15 modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter vivit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat. Cuius intentioni bene congruens nec omnino per imbecillitatem nec valde per contumeliam corpus repugnat. Ipse nihilominus ad dignitatem pastoralis officii debet provehi, qui⁷⁰ ad aliena capienda non ducitur, sed propria largitur, qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, 20

a) sui Hs. b–b) iacere substrati] latere subtracti Hs. c) als spe gekürzt Hs.
d) relati Hs.

65) Gen. 9, 2.

66) Homo – Z. 4 timeri aus Gregor I., *Moralia XXII*, 15, 23, CC 143 A S. 1082. Vgl. auch Gregor I., *Regula pastoralis II* 6, ed. JUDIC S. 204. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 337, 23–25).

67) necesse – Z. 11 substrati aus Gregor I., *Regula pastoralis II* 6, ed. JUDIC S. 204. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 337, 28–33), und zwar einschließlich des eingefügten Z. 7 subiectorum und Z. 9 autem. – Danach, hier ebenso wie in der Kanonikerregel, sofort Übergang zu dem mit Facies beginnenden Ausschnitt aus den *Moralia*.

68) Facies – Z. 14 affligunt aus Gregor I., *Moralia in Iob XIII* 20, CC 143 A S. 681f. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 337, 33–36).

69) Ille – Z. 18 repugnat aus Gregor I., *Regula pastoralis I* 10, ed. JUDIC S. 160–162. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 338, 1–5).

70) qui – S. 63 Z. 4 letatur aus Gregor I., *Regula pastoralis I* 10, ed. JUDIC S. 162. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 338, 5–9), und zwar einschließlich des vorangestellten Halbsatzes Z. 18 Ipse – Z. 19 provehi.